



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Divus Stanislaus Kostka S.I.**

**Callenberg, Caspar**

**Neuhusii, 1716**

Iconismus 50mus & ultimus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69536](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69536)

130  
ICONISMUS 49.

*Proponitur Stanislaus omni aetate in exemplar vite, appositâ epigraphæ: Cogita ILLVM, & Ipse DIRiget gressVs: Proverb. 3. 6.*

Epigram.

*Per terras erras? in Kostkam respice: gressus  
E cæno in Cælum diriget ille tuos.*

2.

*Mercurium frustra gentilis fabula fingit,  
Sæpe per æthereas ire, redire vias;  
Et serpentigerâ mentes super æthera virgâ,  
Ad summi rectâ ducere templa Jovis.  
Veriùs exemplo ducis super æthera Kostka!  
Tu mihi Mercurius, tu mihi ductor eris.*

ICONISMUS 50mus & ultimus.

*Author opusculum suum Divo Stanislao offert adjectâ epigraphæ. LAVDVMQVE LOCO EST. Silius Italicus l. 15. de bell. Punic.*

Epigr. ad Stanislauum. (est.)

*Qui Sanctos sequitur, laudat: laus vera, sequela  
Ut te laudârim; da mihi, Dive, sequi.*

Ad Momum.

*Versificatorum me dicis Mome: Poëtam*

*Esse negas: sic est; fingere non didici.*

*Sunt quædam non clara fatis tibi carmina: sic est;*

*Scripsimus obscuro, scilicet, illa die.*

Sunt quædam nec *salsa* satis te iudice : *sic est* ;  
*Omnis*, dum fierent, abfuit inde *coquus*.  
 Sunt quædam nec *acuta* satis te iudice : *sic est* ;  
*Ingenii cotem* non tetigere tui,  
 Sunt quædam nec *tersa* satis te iudice : *sic est* ;  
 Si *sat tersa* forent carmina ; *sicca* forent.  
 Sunt quædam *jejuna nimis* te iudice : *sic est* ;  
 Ante *meum* feci *presbyter* illa *sacrum*.  
 Et quædam sunt *clauda* nimis te iudice : *sic est* ;  
*Disticha* sunt, *claudio* currere *sueta gradu*.  
*Ludere* me dicis. *sic est* ; quò *seria* tecum ?  
*Elido ludo* *spicula*, *Mome*, tua.

*Claudio Iconismos Kostkaos non vano hoc, de  
 Divi Stanislai Apotheosi, presagio: DIES  
 EIVS, TANQVAM FLOS AGRI, SIC  
 EFFLOREBIT. Psalm. 102. 15.*

